AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 210r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



meo dico qd scio. uerbuq;
uerum de scientia mea gi-
gnitur. utrumq; meum est.
Et scientia utiq; et uerbu.
Ego enim scio. ego dico in
meo corde qd scio. Et qn
in memoria mea cogitando
inuenio iam me intelligere.
Iam me amare aliqd. q in-
tellectus et amor ibi erant.
et antequam inde cogitarem.
Intellectum nrm et amorem
nrm inuenio in memoria
mea. quia ego intelligo.
ego amo. et non ipsa. Item qn
cogitatio mea memoria
mea est. et uult redire ad
ea que in memoria reliquerat
ea que intellecta conspi-
cerent. atq; intus dicere. mea
memoria memor est. et mea
uult uoluntate non sua.
Ipsa qq; amor ms. cum me-
minit. atq; intelligit. qd
appetere debeat. qd uitare
p meam non p suam memoriam
intelligenter amat intel-
ligit. Qd breuiter dici potest.
Ego p omnia tria illa memini.
ego intelligo. ego diligo.
Quia nec memoria sum. nec
intellegentia. nec dilectio.

sed hec habeo. ista ergo
dici possunt ab una psona
que habet hec tria. non ipsa
est hec tria. In illius uero summe
simplicitate nature que
ds est. quamuis unus sit ds.
tres tamen psone sunt. pater
et filius. et spus scs. Aliud
est itaq; trinitas res ipsa.
aliud imago trinitatis in
re alia. P quam imaginem
simul et illud in quo sunt hec tria
imago dr. Si autem imago
dr simul et tabula. et qd
in ea pictum est. Sed ppter
picturam que in ea est. simul
et tabula noe imaginis
apellatur. Quam uera in
dei trinitate unitas. et quam uera
in eius de unitate sit trinitas.

Verum in illa summa trinitate
que incomparabiliter rebus
omnibus ancellit. tanta est in-
separabilitas. ut cum trinitas
hominis non possit dici unus homo.
illa unus ds et dicatur. et sit.
Nec in uno domino sit illa tri-
nitas. sed unus ds. Nec rursus
quem admodum ista imago
quod est homo. habens illa tria.
una psona est. ita est illa tri-
nitas. Sed tres psone sunt.